

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Med. D. Prof. P. & Poliator, Ad Exequias Quas ...Puellulae ... Margarethae, Vir ... Dn. Thomas Schmidt/ I.U.D. ac Practicus Felicissimus Paratas cupit. Omnes omnium ordinum Cives peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426161>

Druck    Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in

M. Schmidt.

Rost. 1662.

12.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777426161/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426161/phys_0004)

**DFG**

126

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERUS,

Med. D. Prof. P. & Poliator,

Ad  
EXEQUIAS  
Quas

*Puellula elegansissima, Filia dilectissima*

MARGARETHÆ,

*Vir Consultissimus & Excellentissimus*  
D N. THOMAS Schmidt /  
J. U. D. ac Practicus Felicissimus  
Paratas cupit.

Omnès omnium ordinum Ci-  
ves per amanter invitat.



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr. Anno 1662.



Ræsens Vernum tempūs, bruma nunc pulsā terræ gremium pandit, poros aperit, flores, violas, narcissos, germina producit, arborum folia, nymphulas, gemmulas protrudit & paradisum quendam terrestrem adornat, arteq; plusquā Apellea depingit. Quid enim primo aspectu jucundius, quid formā pulchrius, quam Vernantis hujus anni variī generis herbas, flosculos veluti reviviscentes, terram coloribus quasi purpurantes hominumq; oculos ac animos fragrantissimis odoribus fascinantes contemplari? Ast si pedem figas obtutu fixo oculi feria hæcce & fugaces delicias intuearis, earum nonnullas vix ephemeras vel diurnas nedum diuturnas esse animadvertis: vel enim naturali vigore deficiente, vel Æolo inclementius spirante, vel Sirio æstuante flores siaceſcunt, herbæ tabescunt, folia concidunt. Hunc Labyrinthum Mundigyrum dum agimus, vicissitudines has in eodem recur-

recurrentes dum cernimus, apposite hominem ipsi  
flori, gramine, foliis, in sacris literis comparari intelli-  
gimus, hortum mundanum seu naturae librum per-  
petuum nostrae misericordiae Doctorem esse agnoscimus.  
Hortos suos hoc tempore qui instruunt & adornant &  
lactucæ & brassicæ semina projiciunt, carduos & tri-  
bulos extirpant, pisa, fabas & lupinos plantant, liba-  
noridem coronariam, salviam & salviunculam transpo-  
nunt, lupulum, hederam, palmites, ribes omnisq; ge-  
neris futrices succidunt, ex hisce omnib; herbas non-  
nullas, vix dum prorumpentes decerpunt, transposi-  
tione & insitione & incisione nonnullas penitus ex-  
rescere, nonnullas crescere & efflorescere manibus  
palpant, oculis cernunt, & in omnibus hisce humanæ  
vitæ inconstantiam præfigurari animadvertisunt. Pyr-  
rho Eleenis licet inter Philosophos obscurior esset, ut  
pote quorum sapientiam somnium esse dicebat, à La-  
ertio tamen eò nomine vel maximè commendatur,  
quod verno tempore hortos obambulans, herbas, ar-  
bores, earumq; naturas rimans & examinans Glauci  
apud Homerum illustrem versiculum ingeminare &  
admirari sit solitus. Tale quidem genus hominum  
est quale foliorum. Si quis enim hominum foliorumq;  
naturam paulo accuratius perpendat, & inter se con-  
tendat, homines non herbis tantum & floribus, sed &  
arborum foliis simillimos esse deprehendet. Folia ar-  
bores

bores ut vestiunt ita homines paradysum hunc mun-  
danum ornant: folia ut magnitudine, multitudine &  
figurâ differunt, aliis namq; arboribus ampla ut fico &  
& platano, aliis angusta ut Oleæ, malo punico, Myr-  
to, aliis rara, ut pino, abieti, cedro, aliis quasi carno-  
sa ut miricâ, cupresso, aliis orbiculata ut piris, aliis ob-  
longa ut pomis, aliis alia: Simili modo homines inter  
se statura, figura, oris specie, mentis acie, genio, in-  
genio, vita, fato, notis, votis, animorum dotibus &  
motibus, donis bonisq; differunt. Omnis tamen  
generis ut folia mobilia, caduca & fugacia sunt, ita &  
homines omnis ætatis ac status fragiles sunt, faciliorq;,  
ut Simonides olim dicebat hominis, quam Muscæ quâ-  
vis celerrimè volantis mutatio. Arbores circa hoc  
anni tempus folia aperire & expandere occipiunt; ast  
eorum quædam ad fructuum usq; maturitatem, vi-  
gorem & viorem retinent, quædam venò Borealis  
nymbi, grandinis vel frigoris injuria primo statim ve-  
re deiiciuntur, quædam Solis fervore combusta, à  
raucis vel uredine corrupta, mediæ & state flaccescunt,  
concidunt: nec cum eorundem jactura ita germina-  
tioni correspondet, ut quæ prius folia emitunt plan-  
tae, eadem quoq; prius amittant; sed multò hoc diu-  
tiùs servant quo citius producunt; alia contra, quò se-  
rius accipiunt, eò citius perdunt. Hæ omnia morta-  
litati ejusq; diversis motibus apprimè conveniunt.

Alii

Alii namq; homines justum virilis ætatis ~~æquum~~, alii Ne-  
storis & Sibillæ annos & Aquilæ senectam attingunt,  
quidam verò viꝫ progeriminantes condritte vel Helio-  
stropii, ad solis ortum se convertentis, exemplo subi-  
tò nascuntur & emoriuntur. Deniq; folia quædam  
Nothus asper dum déjicit, subito Favónius afflans cle-  
mentior, dejectis alia surrogat. Eodem modo homi-  
num genus, ut cum Homero loquar, aliud nascitur,  
aliud desinit, & in locum eorum, qui de præsidio & sta-  
tione vitæ discedunt, alii succedunt magniq; Mundi  
nexum & perpetuum quasi Hymenum repræsentant.  
Imprimis verò memorabile, imò mysticum est, quod  
arbores, quo generosiores sunt, eo citius folia abijci-  
unt, quo ignobiliores, eo diutiùs folia retinent. Pari  
ratione humanæ vitæ folia, quo beatiores animas ve-  
stiunt, eò lubentiūs & ocyūs decidunt: Herbae quo  
fragrantiores sunt, eò velociūs evanescunt. Puellæ seu  
Violæ quo summo hortulano gratiore sunt eò cele-  
riùs ex horto hoc mundano in cœlestia tempe & Eli-  
sios campos transferuntur & transplantantur. Plinius  
de mirabili Vibonum herbæ Britannicæ florum natu-  
ra refert, eos vere novo decerptos & collectos præsen-  
tissimam adversus contagia & venena Panaceam præ-  
bere. Veteres violam juvenum notam interpreta-  
bantur: ast hæcce in Epigrammate de se ipsa conque-  
ritur. Nec Violæ nomen teneo violando quod obsim;  
sed

-3319 ST

sed passim pedibus quod violanda terar. Ætas Infan-  
tilis Violæ fragilis instar, variis morborum injuriis for-  
tunæq; casibus exposita est. Ut verò Violæ primo ea-  
rundem exortu decerptæ medicamentis vel maximè  
deserviunt, ita & animulæ sanctæ, Virgines Puræ,  
ante fulgura & fulmina, ante nymbos & imbræ, an-  
tequam malitia mundana inquinentur, lutulentis hu-  
jus vitæ manibus temerentur, vel petulantium pedi-  
bus calcentur, in ipsa pueritia velut ad corallas strup-  
posq; decerptæ & in hortum Edem transpositæ perpe-  
tuæ vigent, virent, gratam DEO fragrantiam spirant,  
& fructus gustatu srawes, nec erucis nec raucis, aliisq;  
corruptionibus obnoxias, proferunt. Intueamur si  
placet Conjugalem hortum Viri Consultissimi & Ex-  
cellentissimi DN. THOMÆ SCHMIDII J. U. D. &  
Prætici felicissimi, fautoris & amici nostri honorandi,  
& non sine animi conturbatione filiolam suam uni-  
cam MARGARETHAM, veram Veris primulam.,  
Violam fragrantissimam funestis papulis & exanthe-  
matibus concurrente febre tussiæq; gravissimâ victam,  
Violæ ad instar seu vento urente exsiccata decerptæ,  
versoq; solo XXX Martii circa secundam matutinam  
in cœlestem patriam delatam esse advertemus. Inver-  
sam hanecce & oculis humanis præmaturam & duram  
supremi Hortulanit transpositionem esse, quivis facile,  
nisi cui circa pectus æstplex sit, vel cui Tigres Ube-  
ra præ-

ra præbuerint ignorat. Eaꝝ; e᷑ est acerbior, quod  
vulnus filiolæ DOROTHEÆ dejectione ante annū  
circiter Parentibus inflictum nondum consolidatum  
morte hujus refricetur. Verum honestissimi Paren-  
tes in hoc acerbissimo luctu erigent se, tūm considera-  
tione mīleriarum, quibus diurna vita obnoxia est,  
tūm præsentissimis consolationibus ex Israelis fonti-  
bus de promtis. Nata est autem mellitissima Virgin-  
cula Anno M. DC. LIX. die XVIII. Februarii Patre jam  
nominato THOMA Schmiten J. U. D. Clarissimo,  
Matre foemina lectissima BARBARA Sülebters. Av<sup>o</sup>  
paternus fuit Vir spectatæ integritatis THOMAS  
Schmit. Civis quondam hujus Reipubl. primarius.  
Maternus vero Vir Clarissimus & Eximus DN. JO-  
ACHIMUS Sülebter Philos. Magister insignisq; lite-  
ratorum Fautor Aviam paternam nominavit MAR-  
GARETHAM von Ehnen sexus muliebris Coro-  
nam. Maternam verò foeminam Matronalium virtu-  
tum splendore conspicuam DOROTHEAM WE-  
GENERS. Ex hoc tam præclaro sanguine creta  
MARGARETA nostra ante tres annos in horto pa-  
terno sata, postquam primitus sponso Immanueli per  
lavacrum regenerationis despensata esset, feliciter  
excrescere incipiens odore amabilem spirabat feræq;  
posteritatis propaginem promittebat, & imprimis eo  
nomine Parentibus in deliciis erat, quod etiam in te-  
nerrimâ

nerrimâ hâc ætate pietatis & devotionis quasi innatæ  
indicia egregia ederet. Cum itaq; secundum altissi-  
mi beneplacitum ex horto hoc mundano in cœlestē  
transplantata sit, & illius exuviae hodie hora media  
prima terræ omnium matri sint mandandæ, nosque  
omnino deceat erga mœstos parentes condolentiam  
contestari, ideo omnes Academicæ jurisdictoni sub-  
ditos cives rogamus, ut dictâ horâ in templo Mariano  
frequentes convenient, funeris deductionem præsen-  
tia sua cohonestent, mortalitatis caducæ memoriam  
secum recolant, & se, nostramq; Rempubl. affli-  
ctissimam & variis Satananæ insultibus expositam  
piis precibus DEO optimo maximo com-  
mendent.

P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus Anno  
M DC LXII.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777426161/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426161/phys_0013)

**DFG**

GK






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777426161/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426161/phys_0016)

**DFG**

ra præbuerint ignorat. Eaꝝ; ed  
vulnus filiolæ DOROTHEÆ dej  
circiter Parentibus inflictum non  
morte hujus refricetur. Verum  
tes in hoc acerbissimo luctu erige  
ratione miseriarum, quibus diutur  
tum præsentissimis consolationib  
bus depromtis. Nata est autem n  
cula Anno M.DC.LIX. die XVIII.  
nominato THOMA Schmit  
Matre foemina electissima BARBA  
paternus fuit Vir spectatæ integ  
Schmit Civis quondam hujus  
Maternus vero Vir Clarissimus &  
ACHIMUS Sūlebier Philos. Mag  
ratorum Fautor Aviam paternam  
GARETHAM von Ehnen se  
nam. Maternam verò foemina  
tum splendore conspicuam DO  
GENERS. Ex hoc tam præclar  
MARGARETA nostra ante tres  
terno sata, postquam primitus sp  
lavacrum regenerationis desponsi  
excrescere incipiens odorē amabi  
posteritatis propaginem promitte  
nomine Parentibus in deliciis era



the scale towards document

or, quod  
nte annū  
solidatum  
mi Paren  
a consid  
noxia est,  
elis fonti  
Virgunc  
Patre jam  
larissimo,  
biers. Av<sup>o</sup>  
HOMAS  
primarius.  
DN. JO  
nisq; lite  
vit MAR  
oris Coro  
um virtu  
AM WE  
te creta  
norto pa  
nueli per  
feliciter  
at seræq;  
primis eo  
lam inten  
nerimā